



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catena Aurea**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**[S.I.], 1661**

Annulus VII. Gratulatio Societatis Jesu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7709**

171  
ANNU<sup>L</sup>US VII. 224  
GRATULATIO SOCIETATIS JESU.



NON VNO DEVINCTVS NOMINE.

**S**TAS MITRATE GENI popularibus altior auris,  
Læta favet tellus, sidera læta favent.  
Ipse ego, quem nosti, meritos tibi grator honores,  
Te sine, cui durum est vivere, dulce mori.  
Per te multiplici mihi certat Apollo Camæna:  
Te sine suspensis dormiet ille lyris.  
Per te culta nitet pietas, altaria lucent:  
Te sine sacrorum, calce premetur, honor.  
Per te magnificis surgunt mihi tecta columnis:  
Te sine, magna domus, magnus acervus erit.  
His, per te, foribus gravior prohibetur egestas:  
Huc, sine te, tremulos inferet illa pedes.  
Per te victa meis advolvitur Hæresis aris:  
Te sine, Lerna novum virus ab ore vomet.  
Fure igitur tibi, noster amor, gratiamque honores:  
Cur ita: qui tuus est, est quoque noster honor.



E

CO-

# COLVMNA GRATITUDINIS.



Enesicia saxo inscripturus quæ minimæ Societati maxima  
 Obtigerunt à gente Furstenbergicâ,  
 Quæro columnam rebus capiendis parem.  
 Omnes invenio inc apaces, impares,  
 Quæro rebus pingendis aptos colores,  
 Omnes reperio ineptos, decolores.  
 Quæro literas lcribendis beneficii idoneas,  
 Nec literæ columnis, nec columnæ literis sufficiunt  
 Literis opus est T B A L I B U S,  
 Utá TRABIBU's profecta consignem beneficia.  
 Columna opus, quæ cœlum tangat terramque:  
 Nam & benefi cœlos tangunt terrasque.  
 Cum Religioni propugnandæ Collegium posuit in terris  
 Vrberm condidit in cœlis.  
 Quæ porro Columna Academiam capiat?  
 Quis color, quæ litera pro dignitate pingat,  
 Bonarum mentium nutricem, præstantium ingeniorum altricem?  
 Si columnæ deerunt, non deerunt corda,  
 Quibus beneficia altius incidentur quam saxis.  
 Si deerunt colores, non deerunt affectus,  
 Qui vivacius ista, quam omnes exprimant colores.  
 Si deerunt literæ, non deerunt voces,  
 Rebus quidem parum commensæ, sed tamen gratæ.  
 Licet autem gratitudini, privilegio suo, esse iniquæ,  
 Et res non rebus, sed verbis æquare:  
 Si aliud non possumus,  
 Dantis osculabimur manus & munus.  
 Quod loquendo non potest os, fortè tacendo  
 melius eloquetur:  
 Et beneficia accepta supra eloquentiam dicet esse posita,  
 Etiam cum non dicet.  
 Gratias majores à silentio petet,  
 Quam à facundia.  
 Ut autem nobis gloriolum est gratias beneficiis pares agere voluisse,  
 Ita multo est gloriiosius vobis, pares agere non potuisse.  
 Si qua summo beneficio misceri potest injuria,  
 Hanc nobis in summo beneficio fecistis injuriam,  
 Quod majora contulisti, quam gratiis exsolvi possint;  
 Quod effecisti, ut ingrati viveremus & moreremur,  
 Quamvis nolentes.

ANNV.